



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-601668-p0001-7

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-601668-p0002-2

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-601668-p0003-8

DFG



Bonl

1595

1. Fabrianus, Hieronymus : Romania
2. Rosenbeck, Michael : De imbecillitate ventricis
3. Rimbauv, Georg : De phthisi
4. Zim, Joannes Lannius : De vulneribus capitis

1597.

1. Hegeantius, Petrus : Questiones controveris iuris
2. Meier, Thedorus : Questiones iuris controveri
3. Pross, Joannes : Conclusiones de nobilissima
praeceptorum materia ex iure canonico, civili
et feudali desumptae
4. Rosinecker, Joachim Philipp : De iuramento calumniae
5. Heinrich, Thedorum : De jure concurrens et controv.
6. Turcke, Georgus : De testibus.

1600

Zrosman, Joachim : Accertans hasce iuri controver,
ex primi Digestorum parte descripto. . . edito.



1606.

1. Bölicherus, Matthaeus: *De iure dictiorum*

2. Stockhauer, Schaeur: *De usuris*

1609.

Zingerlin, Tulus: *De appellacionibus cum strictiori
in genere, tam furios et in specie qui a quibus
appellare possit: ac insibi de privilegiis de non
appellantur: . . . disponit.*

1611.

Horsdianus, Cyriacus: *Illustrissimam controversiam
in iure publico et privato ciuili omnibus et pec.
Iuli positiones . . . proponit*

1613.

1. Bantorffius, Gorlaeus: *Dissertatio historico-juridica
in XVII priora aureae Corali IV bullae capita*

2. Holferius, Brinkmann: *Iuris statutis Iung. et l. Contractu
23 I. R. I., ubi iudicii, calpe et cassus fortuit.*

praestatione i. contractibus

3. Paulinus, Iac. Henricus : De emptione et ventione
4th Ohm, Laurentius : In jure episcopatus 3 Sept
5. Schroeterus, Petrus Elias : De tribus principiis iuribus
at inter se succedentibus ordinibus
6. Stolzinius, Janus : Chronographiarum clavis aliorum
aliquot theorematum - proclitarum sylogismorum . . . expositio
- 7th Telenius, Christianus : De vera substantia possessio-
nis ergo . . . ad quos . . . actiones et suittimae novis
Gothibus 2 Sept

1615

1. Perbandt, Casparus : De signioribus et hypothecis,
Iaq. ordine et primitiis Gentorum in Concurse.
2. Wiserbach, Ioh. Wilhelmus : Dissertatio iuris continua
applicationem officiorum aliquot et nobilium orum
iuris questionum







DISPUTATIO

D E

m

IVRISDICTIONE.

Quam,

Sub Præsidio Divini Numinis

*EX DECRETO AM
plissimi Jureconsultorum Or
dinis in inclyta Basiliensi
Academia,*

*Pro consequendo in Utroq
Jure DOCTORATUS
honore,*

Publicè proponit & tuebitur *2/2/11*

MATTHIAS BILIZERUS
Matth. F. Silesius.

*In Acroasi Iurisconsultorum,
Die 23. Maii, horis consuetis.*

BASILEÆ,

Typis IANI EXCERTIER.
M. D. C. VI.

132-

1606,1

27.

ILLUSTRIBUS, MAGNIFICIS,
Generosis, Reverendis, Nobilissimis,
Prudentissimisq; Ordinibus in

Silesiae Orientalis

DUCATIBUS

OPPOLIENSI ET RATIO-
BRIENSI,

DOMINIS DOMINIS

D. PRAEFECTO SUPREMO,

D. JUDICI PROVINCIALI,

D. CANCELLARIO,

Necnon ceteris BARONIBUS, EQUI-
TIBUS & Civitatum CONSULIBUS
ac SENATORIBUS.

Dominis meis Clementibus ac plu-
rimùm honorandis

DISPUTATIONEM HANC
INAUGURALEM

Debitæ gratitudinis & observantiaæ
monumentum

DEDICO

MATTHIAS BILIZERUS,
Matth. F. Silesius.



D I S P U T A T I O N I S
D E
J U R I S D I C T I O N E
T H E S I S I.

JURISDICTIONIS materiam partem esse juris nostri nobilissimam, difficilem & intricatam, usu frequentissimam, & proinde cognitu omnino necessariam, nemo est, qui dubitet.

II.

De hac verò in præsentia $\xi\omega\theta\epsilon\omega$ disputaturi, primum omnium vocabuli originem atque notionem videamus. Prior enim verborum cura, potior rerum esse debet.

Arg.l.1.in pr.de Iust.& I. l.2.§.1. ff. de pactis. l.1.in pr. de Injur.& fam.libell.

III.

Dicta est autem à jure dicundo, (a) non verò à ditione. (b)

(a) *Arg.Rubr.& l.1. l.si convenerit 18. ff. h.t. l.12. de vulg. & pupill substit. VVesenb.in parat. h.t.n.2. Quem admodum enim, qui aliquid ex iis, quæ legibus aut edictis instituta erant, in jure persecuti sunt, lege agere, ita qui jus reddiderunt, quod legibus aut edictis continebatur, ii jus dicere dicti sunt. Unde illa potestas legis actio, hæc jurisdictionio appellata est. Carol.Sigon. de judic.libr.1.cap.7. Dicere autem hæc est pro imperio ac potestate dicere, ita ut exigas, quod derivata declarant, dictare & dictator. Di-*

ctare, præscribere est, & dictatores, summa olim potestas apud Romanos. Emphas in itaq; habet verbum, dicendi, cùm iis attribuitur, quibus aliqua imperandi potestas est, Donell.lib.17.comment.jur.cap.6. (b) Accurs.in l.3. in verb.mixtum est, h.t. Azo in summa Cod.h.t.num.1. Bart.in d.l.3. & qui hos sequuntur, à ditione (id est potestate proœm. Inst.ibi.nostræ ditioni, l.2.C.de libert. & eor. lib.) & jure dictam putant, quasi dicatis, potestatem legitimam, aut, ut Br., potestatē juris. Unde & glossa scribit jurisdictione, non jurisdictione, quam sequuntur Tiraq. & alii.

IV.

Jurisdictionis vocabulum πλύσματος est. Usurpatur pro omni jussu & imperio eorum, qui aliis publicè præsunt, (a) pro simplici notione, (b) pro edicto Prætoris, (c) pro jure vel juris necessitate, (d) pro certalocorum regione sive territorio, (e) aliisque modis. (f)

(a) Quod intelligitur ex ista voce Principis Romani apud Senecam libr.1.de Clement: Quæruant urbes, quæ orientur, mea jurisdictione est. (b) Impropriè tamen, ut scribit Ulpian.in l. ait Prætor, de re judic. Etenim notionis nomen ad eos pertinet, qui jurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia causa notionem. Judicium etiam datorum potestas jurisdictione appellatur in l.si idem, h.t. Govean.de jurisdictione.lib.2.in pr. (c) §.omnium 1. Inst.de Oblig. ubi Borcholt.§.sed eas 2. Inst.de bon.possess. (d) §.1. Inst.de fideicō.hered. l.3. §.1. ff. de recept. (e) in l.si quis ex aliena. ff. de judic. licet dissentiat Scip:Gentil. lib.1.cap.1. Ita etiam usurpat Plin.lib.1.nat.histor.cap.20. Serv:Sulpitius ICtus in epist.ad Cicer. (f) Qua de re plura Scip:Gentil.d.l. Cabot.lib.2.disput.cap.9.

V.

Nobis autem hic in genere (a) jurisdictione est & de-

definitur, Publica de negotio quopiam (b) cognoscendi & statuendi potestas. (c)

(a) Vox enim jurisdictionis modo generis notionem habet, modo speciei, non secus atq; vocabula adoptionis & cognationis. Rubr. ff. & C.h.t. l.i.de off.eius cui mand. gloss.in l.3.verb.mixtum.ff.h.t. Azo in summa Cod.h.t. num.14. Bart.in l.3.n.4.ff.eod. (b) eoq; civili vel criminali, Govean.lib.2.de jurisd.in fin.princ. sive id judiciale sit, sive extrajudiciale. Vult.i.jurispr.12. (c) Jurisdictionis enim potestatis verbum est, & ita dicitur ut *Natio*, *Actio*, *Petitio*, *Persecutio*. His enim verbis in usu juris non actum intelligimus, sed jus & potestatem. Donell.lib. 17. Comment.jur.cap.6. Variè autem in generali jurisdictionis definitione dissentunt Dd. ut ferè quot sunt homines, tot sententiae. Azo in summa C.h.t.n.1. & gloss. in l.1.ff.eod. non omnino ineptè definiunt, quod sit potestas de publico introducta cum necessitate juris dicendi & aequitatis statuenda. Ubi tamen Br.in l.1.n.3.h.t.addenda ad finem censem hæc verba: Tanquam à persona publica: quibus scilicet jurisdictionis à privata potestate Parentum, Dominorum. Tutorum secernatur. Sed & sine his constare videtur definitio.

VI.

Hec in duo genera discedit: quorum primum jurisdictionis in specie, (a) alterū dicitur imperium. (b)

(a) De qua Papinian. in l.1. in fin. ff.de offic.eius cui mand. Ulp.in l.3.in fin.h.t. & in l.muto 6. §.2.de tutel. ubi imperii verbo necesse est intelligi mixtum, quia opponitur iis quæ specialiter lege tribuuntur: quæ sanè oppositio nulla esset, si merum imperium, quod etiam lege specialiter tribuitur, illo vocabulo significaretur, Br.ad l. 3.h.t.nu.s. Donell.17.Comment.8. (b) Omnis namq; Magistratus potestatis vē jurisdictionis aut in coercitione

aut in jure dicundo consistit, quarum rerum causâ Magistratus instituti, omniaq; adeò judicia constituta sunt. Unde Cicero pro Cæcin. Omnia judicia aut distractabarum controversiarum aut puniendorum maleficiorum causâ reperta sunt. Govean. libr. 2. de jurisd. ad l. 3. n. 36. Siganus de judic. lib. 1. c. 1.

VII.

Iurisdictio in specie ita dicta est jurisdictio, consistens in cognoscendo (a) & statuendo (b) de causis privatis. (c)

(a) Hæc cognitio principaliter pertinet ad Magistratū, qui juri dicundo præst, ita ut vel ipse decernat, vel judicem det, qui de causa juratus ex animi sententia cognoscat. Cognitio verò quam habent judges dati, propriè notio dicitur. Hinc est illa judicum divisio, quod alii jurisdictionē habent, alii notionem, l. 15. de re judic. l. 5. eod. l. 4 ff. de Tut. & Curat. dat. l. fin. C. ubi & apud quem cognit. in integr. Cujac. in parat. Si à non compet. jud. Donell. 17. Comment. 6. Et horum judicum sententias Magistratus qui eos dederunt exequuntur litigantium consumaciam coercendo, l. à Divo Pio de re judic. Quod tandem secùs est in datis à Principe. l. à judice s. C. de judic. Porro de legis actionibus & modo exercēdi jurisdictionē vide Siganum d. l. & Francisc: Polletum in historia Fori Rom. (b) id est, disceptando de jure & dicendo quod jus est, Donell. d. l. Ad hanc jurisdictionem exequendā, si iussione aliquā opus sit, fit imperium; quod et si missum dicitur ex jurisdictione & imperio, distingui tamē debet id quod est jurisdictionis ab eo quod est imperii, ut eleganter declarat Vult. 1. jurispr. Rom. 12. n. 4. (c) in quibus id quod nostra privatim interest persequimur, l. unic. C. quando civil. act. l. fin. C. ad L. Cornel. de Fals. Quæverò sint privata, quæ publica judicia, & quomodo expe-

5

pediri solita explicant Sigan. de judic. lib. 1. & Pollet. lib. 3.
histor. For. Rom.

VIII.

Hæc eorum ratione in quos exercetur, rursùs aut voluntaria est, aut contentiosa. (a) Voluntaria exercetur in volentes, cui locus est in iis quæ geruntur extra judicium Magistratu auctore. (b) Contentiosa exercetur in invitòs & contendentes, idq; ut plurimùm in judiciis. (c)

(a) L. 2. de off. Procos. l. 83. §. 1. de Verb. Oblig. quibus Donellus tertium genus, quod mixtum vocat, adjicit, quale sit in Tutoris datione. (b) Talia sunt, Adoptio. Emancipatio. Manumissio, quæ transiguntur, & confirmantur volentibus, autoritate Magistratus. l. 2. l. 3. de offic. Procos. Tit. C. quando decreto opus nō est. (c) Hæc enim sunt quæ ut redduntur in invitòs, l. inter. §. 1. de Verb. Oblig. ita utriusq; litigatoris contentionem & dissceptionem habent de re controversa. Vult. I. jurispr. 12. Scip. lib. 1. cap. 18.

IX.

Hicverò opportunè queritur, Nùm tutoris datio ex jurisdictione mixtòve imperio descendat, an ex speciali legis concessione? Posterius verum est.

Ulp. in l. muto. §. tutoris. ff. de Tutel. arg. l. jus dandi. ff. de Tutor. & Curat. dat. Diss. variè Scip: Gentil. libr. I. de jurisd. cap. 1. ad orationem D. Marci, Donell. Muscor. Goz wean. Coras. Alciat.

X.

Nobilis etiam illa hūc pertinet quæstio, An Magistratus Collegam suum dare Tutorem possit? Quod nego.

Per l. ult. de jurisd. §. sed hoc jure. Inst. de Attilian. Tut. l. 1. in fin. & l. 3. ff. de Tut. & Curat. dat. l. apud eum. ff. de Ma-

Manumiss. Donell.libr.3. Comment. cap. 7. Scip.libr.1.de
jurisd.cap.3.ad orat.D.Marci. Exceptio est in Magistra-
tibus municipalibus. l.19.§.1.de Tut. & Curat.dat.

XI.

Considerandum nunc ex ordine succedit im-
perium, quod est Iurisdictio, (a) in jubendo coér-
cendoq; posita. (b) Estq; ex Vlpiani distributione
duplex, Mistum & Merum. (c)

(a) Voce jurisdictionis generaliter & cū τάκτῳ ac-
ceptā, ut suprà thes.5. per l.2.§.23.de O.I. l.2.3. & 4.ff.h.t.
l. 1. de offic.eius cui. l.dies 4.in pr. & §.2.ff.de damno ins-
fect. (b) Govean.ad l.3.h.t. Vult.1.jurispr.12. (c) Vlp.
in l.3.h.t. l. ult.de off.eius. Azo in summa C.h.t.nu.14.
Br.ad l.3.h.t. Duo enim sunt coercitionis genera, Graz-
vius quoddam & atrocior, quoddam levius & remissius.
Illud hic merum, alterum mistum imperium appellatum,
Govean.d.l.

XII.

Mistum imperium (a) est imperium coercitionē
habens modicam cum jurisdictione ita conjunctam
ut ab ea separari nequeat. (b) Idq; jurisdictionis
defendendæ causâ exercetur. (c)

(a) Quod & non merum appellatur in l.ult.de off.eius.
Mistum dicitur, quia nunquam à jurisdictione simplici
divellatur, l.3.h.t. l.ult.de off.eius. (b) dd. ll. Porrò
utrumq; imperium in l.3.h.t. non exactè sed τυποδώς per
exempla definitur, ut recte monet Cuiac.ad d.l.3. (c) l.
final.de off.eius. l.2.h.t.

XIII.

Huius effectus sunt varii: Datio bonorum posses-
sionis, (a) restitutio in integrum, (b) possessionis
in alterum translatio, (c) jurisdictionis denega-
tio, (d) incarceratio, (e) multę irrogatio, pignoris
ca-

cacio, corporis detentio. (f)

- (a) *L. i. l.3. h.t. tot. tit. Inst. de bon. pos.* (b) *l. ea quæ, ad Municip. l.3. de in integr. restit.* (c) *l. pen. §. pen. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* (d) *l. sed eis. §. ait Prætor. ff. ex quibus caus. maior. l. quidam. ff. de reb. credit.* (e) *l. 2. de in jus voc. l. 2. §. ex actis de O. I. Diss. Br. Bl. Dec. & alii Dd. qui volunt eam etiam esse meri imperii. quod verum est cum ad maleficia punienda adhibetur. Hic verò consideratur. quatenus jurisdictionis defendens de causa comparata est.* (f) *l. 9. §. fin. ff. ad L. Iul. Pecul. l. i. §. quid ergo 3. ff. de ventr. inspic. l. unic. ff. si quis jus dic. non obtemp. l. aliud fraud. §. i. de V. S.*

XIV.

Imperium istud jure Magistratus olim habuerunt Consules, Praetores, Proconsules, Praefides. (a) Hodie etiam judices & primores approbatorum Collegiorum, (b) immo nobiles & ignobiles, si civitates & pagos sibi subjectos possideant. (c)

- (a) *L. fin. de off. eius. l. i. & seqq. h.t. & in l. i. §. 3. ff. de ventr. inspic. remedia Praetoris appellantur ha mixtum imperii coercitiones, Cabot. libr. 2. disput. 8. Duar. ad tit. de jurisd. cap. 3.* (b) *l. fin. C. h.t. ibi. obedire compelli, arg. l. ult. §. i. de off. eius.* (c) *vide Obrecht. tract. de jurisd. cap. ii. num. 109. Jurisdiction enim materialiter inest territorio personis formaliter. Bl. Jas.*

XV.

An verò & Magistratus municipales mixtum habuerint imperium, dubitatur? Aff.

Per l. i. & 4. de damno infect. l. i. §. i. l. 3. §. i. de reb. eor. qui sub Tut. Diss. vulgo Dd.

XVI.

Quid de Rectoribus Academiarum? Etiam il-

B

los mixtum habere imperium afferimus.

Per text. Auth. Habita. C. ne fil. pro patr. Muscorn. de jurisd. n. 75. Diss. Longovall. in l. 3. h. t. jurisdictionem simplicem illis tantum tribuens, cuius sententia in scholis Italicis usu servatur, prior in Germanicis, teste Treutler. vol. I. disput. 3. th. 4.

XVII.

Subsequitur nunc imperium merum, quod est imperium coercitionem habens atrociorem & graviores.

L. 3. h. t. l. i. de offic. eius. l. II. de offic. Procos. Hoc imperium stante veteri Republ. questio appellabatur, id est, rei capitalis cognitio, Sigon. de judic. lib. 2. c. 4. Merum autem dictum est, non quod sit liberum, ut Br. in l. 3. h. t. aut vehementissimum, ut Govean. ad eandem l., sed quia jurisdictionem non comitetur, & ut Paulus loquitur, jurisdictioni non cohæreat, Duar. ad tit. de jurisd. cap. 3. & lib. I. disput. annivers. 53. Cabotius 2. disput. 5. Donellus 17. Comment. 8. Polletus histor. For. Rom. lib. 3. cap. 1. Et hanc nominis rationem veriorem dicit Govean. d. l.

XVIII.

Hoc an jure divino permisum sit quærunt Canonistæ?

Permissum hoc imò à Deo mandatum esse nullum est dubium. Annon Deus expressè hanc legem sanxit, quem nervus est totius humanæ societatis; Qui sanguinē fuderit, &c. Genes. 9. Vide D. Paulum in Epist. ad Romanos, cap. 13. v. 1. & 4.

XIX.

Tribuitur autem non nisi specialiter lege, vel Senatus consulto, vel Principis constitutione: (a) idq; de jure Civili. Nostris verò moribus, quibus publici Romani juris ratio valdè mutata est, (b) acqui-

quiritur beneficio Principis; (c) præscriptione, (d)
& consuetudine. (e)

- (a) *L. I. de off. eius. & ibid. Dd.* (b) *Merum enim imperium plerumq; jurisdictioni conjunctum est & jure Magistratus competit,* *Trentler. vol. I. disputat. 3. thes. 6.*
(c) *Interdum etiam cum ipsis Regalibus, idq; hereditario jure, ut videre est in Ducib., Principibus, Comitibus, &c. de quibus quæstio est elegans & magni momenti, An in suo territorio ea omnia possint quæ potest Imperator in imperio?* *Affirmant Sich. Zaf. Gail. VVesemb. quod tam de facto tantum procedere ait Jacob: de S. Georg. in tract. Feud.* (d) *Obrecht. tract. de jurisd. c. 4. i3. & seqq.*
(e) *si civitas vel populus illud exerceat intra decenniū.*
Vide VVesemb. in parat. n. 9.

XX.

Concessâ autem simpliciter; (a) à Principe jurisdictione, merum imperium de jure Civili non consequitur, (b) secùs si omnimodavel plenissima concedatur. (c)

- (a) *Ut si Princeps dicat, Investimus eum de hoc vel illo pago, Wir belohnen ihm mit dem Gerichte.* (b) *arg. l. I. de off. eius. c. in generali de R. I. in 6. arg. l. quero 39. de act. empt. l. obligatione generali. ff. de pignor.* (c) *arg. l. 7. §. 2. ff. de off. Procos. l. Labeo. de supell. legat.*

XXI.

Multò minùs in concessione jurisdictionis Regalia concessa videbuntur, (a) quæ nihil habent commune cum jurisdictione, neq; sub ea tanquam sub genere comprehenduntur. (b)

- (a) *Etiam si particula omnimodò adjecta sit per ea quæ tradit Jacob: de S. Georg. in verb. cum mero mixto q; imperio. n. 16. & 18. Bl. in l. à procuratore, n. 2. C. Mandat.*
(b) *sed specialiter à Principe tribuuntur, arg. c. 3. ibi, sine*

speciali mandato, de offic. deleg. Hodiè Regalia ferè jure
subjectionis censemur, competuntq; Principibus, Comi-
tibus, Baronibus, & liberis imperii civitatibus, sub nos
mine Landts vnd Fürstlicher Obrigkeit.

XXII.

Quidverò si castrum concedatur, an simul etiam
concessa intelligatur jurisdictio? N.

Ex separatis enim non rectè infertur l. Papinianus, in
fin. princ. ff. de Minor. Moribus tamen nostris ferè hoc
ita observatur, ut cum castro transeat jurisdictio. Vide
de hac re distinctionem Bartoli elegantem apud Scipion:
Gentil. lib. 3. cap. 23.

XXIII.

Occurrit hīc nobilis illa quēstio inter Azonem &
Lotharium agitata: Utrūm præter Imperatorem
etiam aliæ sublimiores potestates in Republ. ipsum
merum habeant imperium, an eius tantūm exer-
cionem?

Prius cum Azone defendemus, qui ob hanc sententiam
equum amisit, licet non fuerit aequum, ut scribit ipse met
in summa Cod. h. t. n. 17. cuius sententia communiter res
cepta est, teste Muscor. de jurisd. n. 38. Diss. Alciat. libr.
2. Paradox. c. 6. Scip. Gentil. lib. 3. de jurisd. 3.

XXIV.

Præcedenti controversiæ annexa est & hæc, An
concessio imperii à Principe facta privativè accipi
debeat an cumulativè? Nos rem distinctione ex-
pediemus.

XXV.

Cæterūm Imperii istius meri vis omnis est in pœ-
narum irrogatione earumq; executione, (a) quæ
vel capitalis est, vel non capitalis. (b) Illa mortem
infert naturalem vel civilem: hæc rem familiarem
five

sive patrimonium & existimationem imminuit.

(a) *L.3.h.t. Duar. & Govean. ibid. Ex vi & cœgycia verbi, Exequendi, facile intelligitur, furem, qui rupto laqueo vivus de furca ceciderit, iterum jure suspendi posse.* Muscor. de jurisd. n. 93. (b) §. 2. Inst. de publ. judic. l. 2. l. 28. de Pœn. Veteres omnes pœnas duobus nominibus incluserunt, pecuniae & capitinis. Sigon. lib. 2. de judic. 3. De variis suppliciis & pœnarum generibus vide latè Pollet. histor. For. Rom. lib. 5. cap. 19. per tot. Hotoman. singul. observ. de Pœn. Rom. Sigon. lib. 3. de judic. c. 16.

XXVI.

Ratione diversorum istorum effectuum constuerunt Dd. (a) tres gradus meri imperii : Summum, qui est pœna mortis vel ultimum supplicium. Medium, qui est civitatis vel libertatis ademptio. Infimum, qui est existimationis amissio, aliaq; citra vitæ periculum corporis coercitio.

(a) Secuti Callistratum in l. capitalium 28. in pr. ff. de Pœn. Bartolus & Jason in d. l. 3. sex constituunt gradus, quos VVesenb. in parat. studiosis considerandos relinquunt.

XXVII.

Non autem omnes, quibus merum imperium datum est, effectus eius sive gradus omnes habere existimandum est. (a) Unde Dd. merum imperium aliud plenum, aliud minus plenum constituerunt.

(a) Arg. l. 2. §. 1. ff. de Pœn. l. 8. §. 1. §. 5. eod. l. 6. §. 1. ff. de interdict. & releg. l. 3. §. cognoscit. ff. de off. Præf. vigil.

XXVIII.

Plenum imperium est, cum quis omnes meri imperii effectus exercere potest. Tale habuerunt Reges primùm, (a) post hos Coss., (b) deinde Populus, & ex hujus concessu Dictator, itemq; Quæ-



sitores, (c) tandem lege Regiâ Princeps, (d) & ex Principis beneficio Præfectus Prætorio, (e) & Præfectus Urbi. (f)

(a) L. 2. §. 1. & seq. de O. I. & Dionysius scribit Romulum delicta maxima cognovisse, minora Senatoribus permisisse. Sigan. lib. 2. de judic. c. 4. Manut. de Senatu Roman. (b) ante Legem scilicet Valeriam, quod ex eo cognoscitur, quod & in Regum locū successerunt, & quod Brutus primus Cos. de conjuratis ultimū supplicium sumpsit. (c) Sigan. d.l. (d) l. i. de off. eius. l. i. de constit. Princip. Lex Regia an ulla unquam de Principum imperio lata fuerit, magna est controversia? Manutius de LL. Rom. putat, à Romulo propotestatis suæ regiae confirmatione in ipso regni auspicio latam & Imperatorū tempore in usum revocatam. Alii aliter. Ego suspicor vanum & inane nomen fuisse, quo dominationem suam primi Impp. quam per vim occuparant, palliarunt & ad populum commendarunt, egregio scilicet & in aulis usitate sophismate politico, quo rei turpi honestum nomen prætexi solet. (e) l. unic. §. 1. ff. de off. Præf. Præt. (f) l. i. in pr. de off. Pref. Urbi.

XXX.

Minùs plenum est, cùm quis aliquos tantùm effectus sive gradus imperii meri habet, ut Præses Provinciæ & Præfectus Vigilum.

l. 2. ff. de Pœn. l. illicitas. §. qui universas. ff. de off. Præsid.

XXXI.

An Academiæ privilegiatæ merum habeant imperium ex auth. Habita; non omnino constat. Mihi non videtur.

Pereandem auth. juncta l. i. ff. de off. eius. in verbo, specialiter. l. 8. §. 5. de Pœn. Dissentit Scip: Gentil. libr. 3. de jurisd. cap. 17.

XXXII. Et

XXXII.

Et hæc de mero imperio sufficient. Restat altera Iurisdictionis divisio, quâ alia Propria (a) dicitur, alia Non propria. (b)

(a) *Hæc suo jure alicui competit, l.s. ff. h.t. l. nemo de Reg. Iur., ordinaria etiam dicta. Vult. i. jurispr. 12.* (b) *l.i. §. i. de offic. eius, Tit. decretal. de off. & potest. deleg. & Tit. de off. jud. ordin. Vult. d.l.*

XXXIII.

Propria vel jure majestatis competit, ut Regibus primum, deinde populo, postea Principi, (a) vel jure Magistratus, vel lege, (b) vel beneficio Principis. (c)

(a) *Qui caput est & summus imperii status, cui etiam πρώτως & νυεῖως nomen jurisdictionis competit, à quo & ad quem fluunt & restuunt omnes reliquorum jurisdictiones tanquam flumina ad mare, non privativè, sed cumulative.* Mynsing. observ. 99. cent. 6. Princeps enim est causa causarum, & prima causa nulla est causa. Bl. referente Angel: Matthæacio lib. i. de via & ratione juris. cap. 34. (b) *l.i. de offic. eius. l. & quia. ff. h.t.* (c) *d.l.i.*

XXXIV.

Horum occasione etiam illud hic quæri potest, An hodiernum imperium Romano-germanicum statu Monarchicum sit?

Et quia Monarchia in hoc imperio præminet ac præponderat, Monarchicum rectè dici posse existimo, arg. l. queritur 10. de Statu Hom. Gotbofr. Antonii in disputat. Feud. prima: licet Bodino pura puta Aristocratia apud Germanos esse videatur: qui etiam mixtum Reip. statum nullum dari posse contendit, sed rationibus parùm firmis. Confer Vult. in præf. ad tit. C. de jurisdic.

XXXV.

Dictatores & Decemviri legibus ferendis an jura Majestatis habuerint, non omnino expeditum est Nego.

Per l.2.§. & hæc omnia, ff. de Orig. I. & ea quæ disputat Bodin. libr. I. de Rep. 8. A' Dictatoribus erat provocatio, quæ non est nisi ab inferiore ad superiorem: Illis etiam intercedere poterant Tribuni pl. qui creato Dictatore soli Magistratus retinebant. Polybius lib. 6. Præterea ad tem pustantum creabantur, cum Majestas Bodino rectè defi niente, sit summa in cives & subditos perpetua legibusq; soluta potestas.

XXXVI.

Sequitur Non propria Iurisdictio, quam quis alterius beneficio habet. (a) Quæ iterum subdividitur in mandatam & prorogatam. (b)

(a) L. I. §. I. de off. eius. l. 16. ff. h. t. (b) Vult. I. jurispr. 14. & I. discept. schol. I.

XXXVII.

Mandare is potest, qui eam suo jure, id est, jure Magistratus habet.

L. I. l. ult. de off. eius. l. more majorum h. t. Vult. d. l.

XXXVIII.

Omnia autem quæ jure Magistratus competunt, rectè mandantur: unde mixtum imperium mandari posse extra controversiam est.

XXXIX.

Quæ verò lege, SC^{to}, aut beneficio Principis tribuuntur, ea mandatâ jurisdictione nō transeunt. (a) Cui consequens est merum imperium mandari non posse. (b)

(a) Quod tradit Papinianus in nobili illa definitione l. I. de offic. eius. Hæc enim juris sunt, non jurisdictionis,

Muscor.

Muscor. num. 131. (b) extra unicum absentia casum. d.
l. i. Diss. Br. in d. l. i., qui & ob causam morbi & multi-
tudinis causarum criminalium mandari posse putat, cui
opponimus l. 6. de off. Procos. & l. nemo ff. de R. I.

XL.

Mandari p̄terea non potuerunt actus legitimi, (a)
quales sunt Tutoris datio, (b) Transactio de Ali-
mentis, cognitio de alienatione prædiorum pupil-
larium, (c) aliæq; ad voluntariam jurisdictionem
pertinentes.

(a) qui conveniunt cum legis actionibus solennibus,
arg. l. 2. & 3. de off. Procos. Duar. ad tit. de judic. c. de judge
dato. (b) l. 8. ff. de Tut. & Cur. dat. §. sed hoc jure. Inst.
de Attilian. Tut. (c) l. 1. ff. de reb. eorum. Tit. C. de præd.
min. l. 8. §. 18. ff. de Transact.

XLI.

Prorogata jurisdiction est quæ tacito vel expresso
consensu litigantium, etiam ad eam causam quæ
alioqui eius jurisdictionis non est, extenditur.

L. 18. ff. h. t. l. i. & 2. de judic. Vult. i. jurispr. 14.

XLII.

Sed satis jam, quomodo jurisdiction acquiratur,
dictum est. Nunc, quomodo eadem defendatur,
paucis videbimus. Defenditur autem pœnali ju-
dicio: (a) Tale est Edictum de Albo corrupto. (b)
Est etiam Actio in factum in eum qui jus dicenti
non obtemperaverit. (c)

(a) l. fin. de off. eius. l. 2. ff. hic. (b) l. si quis. ff. hic.
Duar. i. annivers. disput. c. 48. (c) l. un. si quis jus dicenti.

XLIII.

Hodiè etiam pœnâ fractæ pacis tenetur qui alie-
nam jurisdictionem violat, constit. Imper. promulgata
anno 1495. ab Imp. Maximiliano I., ad quam commen-
tatus est Gail.

XLIV.

Sunt deinde plures defendendæ jurisdictionis modi, qui à jure conceduntur, ut Captura personæ vel pignorum, arrestatio vel sequestratio rei, possessionisve eius & fructuum, missio in bonorum possessionem, multe & poenæ impositio, de quibus consulatur *Emericus à Rosbach in process. tit. 2. n. 64.*

XLV.

Defenditur etiam utili actione Confessoria & Negatoria.

Schneidev. v. in §. aequè. Inst. de Act. VVesemb. in parat. ff. h. t. n. 13. Et hæc sententia communis est teste Emanuel: Soarez thes. recept. sententiarū. lit. a. n. 52. sub verb. Actio confessoria. Dis. Vaudus 2. q. 27.

XLVI.

Sequuntur nunc causæ jurisdictionis $\phi\vartheta\alpha\pi\lambda\kappa\alpha$. Finitur jurisdictione variis ex causis. Propria quidem vel in totum ut Magistratu finito, (a) non utendo, (b) malè utendo: (c) vel ex parte, ut iurisdictione in aliqua causa litigantibus denegatâ, (d) instantiâ vel lite finitâ, judicéve recusato. (e)

(a) *L. more majorum. l. & quia ff. h. t. l. fin. C. ubi & apud quem. (b) cap. cùm personæ 7. de Privil. in 610. L. omnes 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann. c. 18. de præscript. (c) l. si dominus. §. dominorum. ff. de his qui sui vel alien. Hic de legitimis alioqui Principibus, sed qui tyrannidem in subditos exercent. quæstio est. An etiā amittant suum in subditos imperiū, ita ut illis non tanquam Principibus amplius, sed grassatoribus jure resisti possū? Sed in ipsorum personam, quæ subditis sancta esse debet, non facile attentari quipiam debere, cum Bodino. Lipsio. Tholosano conscludo. (d) auth. statuimus. C. de Epis. & Cl. Novell. 17. cap. 3. Gail. 1. obs. 28. (e) l. judex 55. ff. de re judic. l. 13. C. de judic. c. si quis 4. c. licet 10. de foro comp.*

XLVII.

An autem per renunciationem is qui jurisdictionem habet, eâ se se abdicare possit, dubitationis est.
Quod nego.

Omnis enim abdicatione legitimi Magistratus ipso jure nulla est. Magistratus quippe munus publicum est. quod ut inviti subimus, l. cui muneris, de muner. & honor. ita inviti eo perfungimur. Facilius enim repudiatur quid rebus integris, quam semel constitutum solvitur. arg. l. pater. ff. de his qui sui vel alien. Vide l. legatus 20. ff. de off. Praesid. Donell. lib. 17. Comment. cap. 8. in pr.

XLVIII.

Sed locumne habet etiam id quod de Magistratu dicitur, in summo Imperatore, ut voluit Br. ad l. 20. de off. Praes. Quod nego.

Sunt enim exempla in contrarium. ut Diocletiani & Maximiani olim, Otthonis IIII. & præterito seculo Caroli V. potentiss. Imp. Nec impedit quod se Magistratus abdicare non possit, cum Princeps propriè non sit Magistratus sed quovis Magistratu major. Cabot. I. disput. 18.

XLIX.

Reliqua est Non propria, que vel mandata est, vel prorogata. Ex quibus illa morte utriusq; (a) ac revocatione mandati; (b) hæc verò finitâ causæ prorogatæ instantiâ, prorogantiumque poenitentia finitur. (c)

(a) tam delegati. quam delegantis. si res adhuc sit integr. l. 6. de jurisd. cap. licet 30. cap. uno delegatorum pen. de offic. delegat. quod secundum est in judice dato, l. 49. in fin. ff. de judic. (b) nisi res agi cœpta sit. §. rectè quoq; Inst. de Mandat. cap. venerabilis 37. cap. penult. de offic. deleg. (c) judice nondum adito, l. si convenerit h. t. arg. l. si unius 27. §. pactus. ff. de pactis. junctal. pen. C. de pact. Quod si ju-

Si juramento firmata sit conventio de proroganda jurisdictione, de jure Canonicopracisè servanda erit, Vult ad l.i.C.h.t.num.150.

Et tantum de argumento proposito.

C O R O L L A R I A.

1.

DE Iure Canonico pactum nudum actionem non producit, sivejuratum sit, siveinjuratum.

2.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ post lapsum biennii non competere verius est.

3.

Milites hodiernos iisdem, quibus Veteres, privilegiis gaudere non dubitamus.

4.

Potestas legem generalem condendi non ad merum imperiū, ut vult Br.ad l.3.de jurisd. sed ad Regalia pertinet.

5.

Delegatus Principis causas meri imperii subdelegare non potest.

6.

Qui Titium per errorem occidit, Seium interficere volens, pœnâ L. Corneliae utiq; tenetur.

7.

Pro sola rerum defensione invasorem occidere non licet, nisi & vitæ intercedat periculum.

Aristotelem ferunt dixisse, Mirari se, cùm sacerdotium & imperium res sint omnium difficilimæ, neminem ferè tamen esse, qui non se iis dignum putet.

F I N I S.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-601668-p0029-6

DFG



ULB Halle
006 543 030


3



KD17

Farbkarte #13

B.I.G.	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9



132-
1606,1
168.

29.